

*X. Auondannatio*



I. SLEIDANI  
DE  
QVATVOR SVMMIS  
IMPERIIS

Libri tres:  
*Postrema editione  
hac accurate  
recogniti.*

LVGD. BATAVORVM,  
Ex officina Elzeviriana.

A° clb lxxc xxxi.

IOANNIS SLEIDANI, *Phil. dam.*

DE

QUATVOR SUMMIS  
IMPERIIS,

*Liber I.*

**R**ius, quàm de quatuor  
summis, & præcipuis orbis  
terrarum Imperiis dicam,  
de Babylonico, Persico,  
Græco, Romano, breviter  
hoc mihi præfandum est, in annorum  
supputatione ab orbe condito, ma-  
gnam esse dissensionem: nam & He-  
bræi & Eusebius & Augustinus & Al-  
phonfus & Mirandula, multum inter  
se discordant: veruntamen, quia pleri-  
que omnes nostri seculi viri docti, ra-  
tionem Hebræorum, hac quidem in  
parte sequuntur, vestigiis eorum &  
ipse insistam cum res ita feret.

Annos  
ab ur-  
be cõ-  
dito  
ad Chri-  
stũ na-  
tũ nu-  
merãt.

Hebræi	{	Talmudici 3784.
		Rabbini recẽtes 3760.
Græci	{	Iosephus 4102.
		Metheodorus 5000.
		Eusebius 5990.
		Theophilus 5476.
Latini	{	Hieronymus 3941.
		Augustinus 5351.
		Isidorus 5210.
Recen- tiores.	{	Beda 3952.
		Alphonfus 5984.
		Picus 3970.
		Alii 3962.

Vide Gilbert. Genebrat.  
lib. 1. Chronographia.